FRANCISCI
STEPHANI

D. à S. Ioanne de Salijs, & de Montſuron;
olim in Summa apud Aquenſes Curia Pręſidis,

DECISIONES,

Vel eiuſdem Curiæ

PLACITA,

Ipſo Collectore.

Cura & labore

GABRIELIS, D. DE MONTFVRON,
in illa etiam Curia Inquiſitionum Pręſidis,
in ordinem congeſta.

EDITIO SECVNDA,
A pluribus, quibus præcedens ſcatebat erroribus,
acuratè purgata.

BIBLIOT. UNIVERSITARIA SALAMANCA

AQVIS-SEXTIIS.
Typis, IOANNIS ROIZE Reg. Vniuerſitat. Typographi.
Pro
FRANCISCO PLAIGNARD Bibliopola.
M. DC. XLVI.

INDEX DECISIONVM.

1 AVrelianæ Conſtitutionis circa ſubſtitutiones interpretatio. pag. 1

2 Quanta ſit legitima nepotum in in bonis auitis. 5

3 Menſis qui proximiori ad retrahendum datur ex ſtatuto Prouinciæ in venditione facta cum pacto de retrouendendo à quo die currat? 9

4 Succeſſor ſingularis an teneatur ſtare colono. 12

5 De muliere parapherna vendente maritali impreſſione. 16

6 Donatarius vniuerſalis non tenetur creditoribus ſupra vires rei donatæ. 18

7 An mandatarius vel legatus ob damnum à prædonibus illatum poſsit agere aduerſus mandantem. 20

8 An res donata in contractu matrimonij prætextu inceſtus condicatur. 22

9 De paſcuis. 25

10 De re emphyteuticaria nouiter Monaſterio per quendam ex Monachis quæſita. 29

11 De re legata à teſtatore diſtracta. 33

12 Mulcta ob latam iniuriam alicui dicta, poſt mortem tamen, an paterna, an filio ſit quæſita. 35

13 De pacto redemptitio in venditione à venditore facto pro ſe & affinibus, non adhibita certa temporis præfinitione. 37

V. C.

FRANCISCI STEPHANI D. A S. IOANNE DE LA SALE,

OLIM IN SVMMA APVD AQVENSES Curia Conſiliarij Regij, Præſidiſque,

DECISIONES,

Vel eiuſdem Curiæ placita, illo Collectore.

PRIMA DECISIO.

Aurelianæ conſtitutionis circa ſubſtitutiones interpretatio.

Synopſis primæ Deciſionis.

1. *Cauſæ conſtitutio.*
2. *Verba conſtitutionis Aurelianenſis.*
3. *Intentio actoris.*
4. *Succeſsio Agnatorum olim.*
5. *Gradus deficientes intermedij an faciant numerum.*
6. *Verba cum effectu interpretari debent.*
7. *Secundus gradus primo deficienti ſuccedens ſit primus.*
8. *Nepos, filij loco ſuccedit; ſi qua pœna pater eſt affectus.*
9. *Caducus gradus qui.*
10. *Quæ effectum nullum ſortiuntur, non ſunt obſtaculo.*
11. *Intereſt publicè teſtatorum voluntates ſeruari.*
12. *Areſtum pro actore.*

CVM quidam teſtamento fideicommiſſariæ ſubſtitutionis plures gradus feciſſet, vulgari illa conditione, ſi ſine liberis: dum is, à quo primum fideicommiſſum fuerat, viueret, quarto quintóque gradu vocati diem ſuum